

<De Coniunctione>

F53vb I214vb

K72vb M108vb

V89ra

CONIVNCTIO EST PARS ORATIONIS INDECLINABILIS. Et
quia hoc interiectionibus et quibusdam aliis conuenire uidetur,
supponit CONIVNCTIVA ALIARVM PARTIVM ORATIONIS.
Coniungit enim in oratione alias partes siue coniungat siue
disiungat sensum earum.

XVI.1 (93.2)

10

Et nota quoniam recte dicit ALIARVM. Coniunctiones
enim se ipsas non coniungunt. Quod si quis dicat, in hac
oratione ‘quando’ et ‘quatinus’ coniunctiones sunt, ‘quando’ et
‘quatinus’ per ‘et’ copulari, sciat in praedicta oratione ‘quando’
et ‘quatinus’ non coniunctiones, sed nomina esse quibus
15 consignant. Istud positum est ne quis putaret coniunctiones
per se aliquid certum significare.

K73ra

Et attende quia non dicit coniunctiones idem significare
quod aliae partes quas coniungunt, sed hoc intelligi tantum
uoluit quoniam, si coniunctiones cum aliis partibus in oratione
ponantur, tunc demum liquet earum significatio. Nam in
oratione alias compositiuas, alias copulatiuas, alias
continuatiuas, alias aliis negotiis praeesse discernis.

Var. lect. 5 indeclinabilis *F K MV*] *om. I* **6** interiectionibus *I K MV*] interiectioni *F* **7** conivnctiva *I K MV*] coniunctio est *F* **8** enim *I K MV*] etiam *F* | in oratione] *tr. post* alias partes *F om. I* | coniungat...9 disiungat] *tr. M* **9** disiungat *F I M V*] distinguat *K* **10** quoniam *I K V*] quia *F* quod *M* **12** quatinus *F I K V*] quatenus *M* | quando²...13 quatinus] *tr. M* **14** esse] e. coniunctionum *I* **15** consignant *F K MV*] consonant *I* **18** coniungunt *F I M*] coniungit *K V* | hoc... tantum *I K V*] h. t. i. *F* i. hic t. *M* **19** uoluit *F V in marg. K M*] uolunt *I* | quoniam *F K MV*] quomodo *I* **21** compositiuas alias *K M*] *om. per hom. F I* completiuas alias *V* | alias³ *F I M*] *om. K V* **22** alias] et a. *F* | discernis *I K M*] discernens *F* dicemus *V*

LP&T 11 Quod...15 consignant] Guill. Conch. f. 80ra : ad hoc autem opponitur quod cum dico, quando et quatenus sunt coniunctiones, uidetur coniunctio semetipsam coniungere. Ad hoc autem dicimus quod ibi non sunt ipsa coniunctiones, sed in ui nominum ipsarum accepte

(93.3)

Sequitur VIM VEL ORDINATIONEM DEMONSTRANS, et est
 quaedam proprietas non omni, sed soli coniunctioni conueniens.
 ‘Vim’ dicit quia coniungit duas substantias cum uno accidenti
 uel duo accidentia cum una substantia, uel diuersa accidentia
 cum diuersis substantiis. Et ut absolutius dicam, ‘uim’ uocat 5
 potestatem omnium coniunctionum nisi continuatiuarum et
 subcontinuatiuarum. VIM DEMONSTRAT coniunctio QUANDO
 SIMVL ESSE RES ALIQVAS SIGNIFICAT, VT ‘ET PIVS ET FORTIS FVIT
 AENEAS’. Ecce ‘et’ copulatiua coniunctio duo accidentia,
 scilicet pietatem et fortitudinem, coniungit substantiae Aeneae. 10
 Et est istud exemplum non de tota ui coniunctionum, sed de
 parte.

Var. lect. 1 ordinationem *F I K*] ordinem *MV* 3 *Vim I K M V*] inde *F* | quia *F I K*] quod *M* quando *V* 5 *uim I K M V*] non *F* 6 coniunctionum *I K M V*] accidentium *F^{a.c.}* 7 *Vim I K M V*] unde *F* | quando *F I K V*] quoniam *M* 8 *simvl I K M V*] similes *F* | res *F I M V*] *om. K* 10 Aeneae *I K M V*] ecce *F* 11 est *F K M V*] *om. I* 12 parte *I K M V*] partibus *F*

LP&T 3 *Vim... 7 subcontinuatiuarum*] Guill. Conch. f. 80ra : VIM ... quedam proprietas est quam docet. Vim autem dicit quia coniungit duas substantias cum uno accidente (] accentu *cod.*) uel dua accidentia cum una substantia uel diuersa accidentia cum diuersis substantiis ; *ibid.* f. 80ra : uel sicut quidam dicunt, uim uocat potestatem omnium nisi continuatiuarum et subcontinuatiuarum ; Petr. Helias p. 811.22-26 : uim ergo intelligit auctor copulationem quando, scilicet, coniungit duas substantias cum uno accidente uel econuerso diuersa accidentia cum diuersis substantiis, et, ut absolutius dicam, uim uocat potestatem omnium coniunctionum nisi continuatiuarum uel subcontinuatiuarum 9 Ecce... 12 parte] Guill. Conch. f. 80ra : ecce ‘et’ copulatiua coniunctio duo accidentia scilicet sapientiam et fortitudinem coniungit substantie Enee, et ex illud exemplum non de tota ui coniunctionum, sed de parte

- I215ra ORDI|NEM significat coniunctio QVANDO DEMONSTRAT XVI.1 (93.5)
 CONSEQUENTIAM ALIQVARVM RERVVM, id est quod una res
 naturali necessitate ex alia consequitur, qui ordo in solis
 continuatiuis uel subcontiutiuis consideratur. Hic autem ordo
 5 certus uult esse nec conuersionem patitur, VT ‘SI AMBVLAT,
 MOVETVR’ non potest conuerti, ut ‘si moueatur, ambulet’. Quod
 si pares terminos ponas, consequentia quidem erit necessaria,
 sed ordo improprius.
- ACCIDVNT IGITVR. Istud ‘igitur’ non est illatium sed XVI.1 (93.9)
 10 inceptium. ‘Speciem’ dicit non elementarem compositionem,
 sed POTESTATEM QVAE IN SIGNIFICATIONE EST CONIUNCTIONVM.
 PRAETEREA accidit ORDO, quod quaedam praeponuntur,
 quaedam supponuntur, quaedam utrumque faciunt.
- COPVLATVAE sunt quae copulant TAM VERBA QVAM XVI.2 (93.17)
 M109ra SENSVM. Hoc intellige dictum ad disiunctiuarum remotionem, |
 quae si uerba copulant, sensum tamen disiungunt.

Prisc. 1 demonstrat...2 aliqvarvm] c. a. d. *Prisc.* 11 in...est]] e. i. s. *Prisc.*

Var. lect. 1 qvando *F I V*] quoniam *KM* 2 consequentiam *F KMV*] consequentia *I* 3 consequitur qui *F KMV*] dependet et *I* | ordo *F I MV*] *om. K* 6 movetvr *F KMV*] moueatur *I* | ambulet *I KMV*] ambulat *F* | Quod *F KMV*] *om. I* 7 pares *I KMV*] *om. F* | ponas *F I KV*] *om. M* | quidem *I KMV*] *om. F* erit necessaria *KMV*] n. est *F* erit nota *I* 8 ordo] o. est *F* 9 Accidvnt *F MV*] accidit *I* attendunt *K* 10 non *F KMV*] ut *I* | elementarem *F I MV*] elementariam *K* | compositionem... 11 sed *F KMV*] componere secundum *I* 12 quod *I V*] quia *F* quamquam *K* quam *M* 13 supponuntur quaedam *F I KV*] *om. per hom. M* | utrumque faciunt *I KV*] *tr. F u. M* 16 sensum tamen *F I K*] *tr. MV*

LP&T 1 Ordinem...8 improprius] Guill. Conch. f. 80ra : Ordinem significat coniunctio, quod DEMONSTRAT CONSEQUENTIAM ALIQVARVM RERVVM id est quod una res naturali necessitate ex alia consequitur uel consequentis commutantia ad antecedens. Qui ordo secundum quosdam in continuatiuis solis consideratur. Hic enim ordo, ut aiunt, certus uult esse et non <con>uersionem patitur, ut ‘si ambulat, mouetur’. Non enim potest conuerti, ut ‘si moueatur, ambulet’ - quod si pares terminos ponas, consequentia erit uera, sed ordo, ut dicunt, improprius ; Petr. Helias p. 811.27-32 : ‘Ordinem’ uero uocat consequentiam, quando, scilicet, coniunctio demonstrat aliquarum rerum consecutionem, id est, quod una res naturali necessitate consequitur aliam. Qui ordo in solis continuatiuis et subcontinuatiuis consideratur. Hic autem ordo uult certus esse nec exigit conuersionem ut ‘Si ambulat, mouetur’. Neque enim conuertitur. Quod si pares terminos ponas, consequentia quidem erit necessaria, sed ordo improprius

XVI.2 (93.18)	‘QVOQVE’ dico QVANDO PRO ‘QVE’ PONITVR. ‘Quoque’ enim potest esse aduerbium similitudinis uel coniunctio	
(93.19)	expletia. ‘VERO’ dico QVANDO PRO ‘AVTEM’ ACCIPITVR. Hoc ideo apponit quia ‘uero’ potest intelligi ablatius esse nominis.	
XVI.2 (93.19)	HAEC ENIM, commendatio exempli. CVM CONFIRMATIONE dicit, quia sunt et aliae copulatiuae coniunctiones quae per negationem sensum copulant, ut ‘nec’ et ‘neque’. Est enim multiplex copulatiuarum diuersitas, quarum diuisionem sic accipe. Copulatiuarum coniunctionum aliae sunt affirmatiuae, ut ‘que’ et similia, aliae sunt negatiuae, ut ‘nec’, ‘neque’, quae etiam diminutionem quandoque significant, ut in sequentibus melius apparebit. Affirmatiuae aliae duas substantias uni accidenti uel duo accidentia uni substantiae copulant ut ‘et’, ‘que’, ‘ac’, ‘atque’, ‘quoque’ quando pro ‘que’ ponitur, ‘at’, ‘ast’. Sed aliae diuersa accidentia diuersis substantiis distribuunt, quae et ‘distributiuae’ uocantur, ut	5 10 1215rb 15

Prisc. 7 sensum] intellectum *Prisc.*

Var. lect. 1 qve *F MV*] quod *I* quoque *K* | Quoque...2 enim *F KMV*] *om. I*
2 esse *F I KM*] *om. V* 3 avtem *F KMV*] dum *I* 4 esse *I KMV*] *om. F* 5 Haec
F I MV] hoc *K* | Cvm...6 confirmatione *F MV*] c. confirmationem *I* est
conformationem *K* 7 sensum *I KMV*] sensus *F* 8 quarum *I KMV*] quare *F*
10 que *F KM*] quia *I* et que *V* 11 diminutionem *I KMV*] diminutiue *F* 14 et
F I KM] *om. V* 15 que *F KMV*] quia *I* | ponitur *I KMV*] accipitur *F*
16 distribuunt *F I KV*] distribuitur *M*

LP&T 1 Qvoque...4 nominis] Petr. Helias p. 812.522-55 : Quod ideo
determinat auctor quia ‘quoque’ potest esse aduerbium similitudinis uel
coniunctio expletia. Ita etiam et ‘uero’ est coniunctio copulatiua quando pro
‘autem’ accipitur. Quod ideo apponit quia potest esse ablatius nominis
5 Cvm...8 neque] Petr. Helias p. 812.55-58 : De his autem et consimilibus
copulatiuis dicit quod copulant intellectum cum confirmatione. Quod, ut
opinor, ideo dicit quia sunt et alie copulatiue que per abnegationem sensum
copulant ut ‘nec’ et ‘neque’ 12 Affirmatiuae...5,1 accipitur] Petr. Helias
p. 813.63-67 : Affirmatiue iterum coniunctiones, alie duas substantias uni
accidenti uel econuerso copulant ut ‘et’, ‘atque’, ‘quoque’ quando pro ‘et’
accipitur, ‘at’, ‘ast’; sed alie diuersa accidentia diuersis substantiis distribuunt
que et distirbutiue dicuntur ut ‘quidem’

V89rb ‘quidem’, ‘autem’, ‘uero’ quando pro ‘autem’ accipitur. | ‘Et’
ista coniunctio diuersas substantias uni accidenti uel duo
accidentia uni substantiae copulat, ut si dicam ‘Socrates et Plato
disputant’, uel ‘Socrates docet et scribit’. Similiter accipe de
5 reliquis. Sed ‘quidem’ ista coniunctio diuersas substantias
diuersis accidentibus copulat, cum dico ‘Aeneas fuit pius,
Achilles quidem fortis’. De similibus idem est inuenire.

INVENIUNTUR TAMEN. Licet dixerim has et alias
supradictas esse copulatiuas coniunctiones, tamen inueniuntur
10 multae tam ex supradictis quam ex aliis coniunctionibus
diuersas significationes in una eademque uoce habentes, sicut
secundum diuersos usus ostendimus.

XVI.2 (93.20)

ALCANDRVMQVE’. Istud ‘que’ nihil ad sensum operatur,
sed tantum causa metri apponitur.

XVI.2 (94.1) ‘

15 CONTINUATIVAE SVNT. Hic ad rei euidenciam alterius
ingrediamur. Coniunctio causalis et large et restricte accipitur.

XVI.2 (94.12)

14 *post* apponitur] nota quod dicantur completiue quasi cum pleno sensu
apposite uel expletiue id est extra plenitudinem posite *add. F*

Prisc. 13 Alcandrumque] Alcandrumque Haliumque Noëmonaque
Prytanimque *Prisc.*

Var. lect. 1 accipitur *I KMV*] ponitur *F 5* Sed *I KMV*] *om. F 11* diuersas *I*
KMV] duas *F* | uoce *F I MV*] *om. K* | sicut *I KMV*] sic *F 12* secundum *I KM*]
per *F om. V* | diuersos usus *F I KM*] diuersis usibus *V* | ostendimus *F KMV*]
ostendemus *I 13* Alcandrumque *F KV*] alexandrumque *I meandrumque M*
que *F I KV*] *om. M* | nihil] *tr. post* ad sensum *K 15* Hic *KMV*] hoc *F I*
alterius *F I K*] alius *MV 16* et¹ *F M*] *om. I KV* | et²...6,1 Large] *om. per*
hom. V | restricte *F I*] recte *K* stricte *M*

LP&T 1 Et...7 inuenire] Petr. Helias p. 813.67-72 : Hec ergo coniunctio ‘et’
copulat diuersas substantias uni accidenti uel econuerso ut ‘Socrates et Plato
disputant’ uel ‘Socrates docet et scribit’. Similiter accipe de reliquis. Hec
autem coniunctio ‘quidem’ diuersas substantias diuersis accidentibus copulat
ut cum dico ‘Eneas fuit pius, Achilles quidem fortis’, et de consimilibus idem
est dicendum **8** Inueniuntur... 11 habentes] Guill. Conch. f. 80va : Licet
dixerim predictas esse copulatiuas, per quod uideretur quod nulla aliarum
alterius esse significationis, tamen inueniuntur multe tam ex supradictis quam
ex aliis coniunctionibus diuersas significationes in una eademque uoce
habentes **13** Istud... 14 apponitur] Petr. Helias p. 813.75-76 : Hic enim ‘que’
nichil operatur ad sensum sed solum causa metri apponitur **16** Coniunctio...
6,3 uocauimus] Guill. Conch. f. 80va : Coniunctio causalis large et stricte
accipitur. Large accepta quinque species habet. Nam alia est continuatiua

Large accepta quinque species habet. Nam alia est continuatiua, alia subcontinuatiua, alia adiunctiua, alia effectiua, alia proprie causalis. Ea est quam modo restrictam causalem uocauimus. Harum quinque specierum duae primae, continuatiua scilicet et subcontinuatiua, consequentiae necessitatem habent, | tres uero reliquae ab omni necessitate absolutae sunt. CONTINVATIVAE SVNT QVAE SIGNIFICANT CONTINATIONEM RERVM, id est rem continuari, unde et continuatiuae dicuntur. Sed quia continuatio saepe inuenitur non necessaria, ut cum dico ‘si legas, doctus eris’, | subiungit ET CONSEQUENTIAM, quasi dicat, continuatiuae ita significant rem rei continuari ut una res ab alia ex necessitate consequatur, ut ‘si est homo, est animal’, uel ‘si stertit, dor|mit’ et similia.

F54ra

I215va

K73rb

(XVI.3, 94.16)

Var. lect. 2 adiunctiua *F I M V*] adiuncta *K 3* uocauimus *F I K M*] uocamus *V 4* quinque *I K M V*] *om. F 5* tres *F I K V*] res *M 7* rem *I K V*] rem rei *ut infra F res M 8* et *I K M V*] *om. F 10* *post* consequentiam] cum dubitatione addendum est *add. F*

<alia subcontinuatiua>, alia adiunctiua, alia effectiua, alia proprie causalis. Stricte uero reducitur ad hanc ultimam speciem quam modo proprie restrictam causalem uocamus. Sed quia sepe inuenitur continuatio non necessaria, ut cum dico ‘si legas, doctus eris’ subiungit et consequentiam quasi dicat. Ita ostendunt unam rem in alteram continuari quod etiam unam earum ostendum ad aliam sequi ut necessariam faciant comitantiam, ut ‘si est homo, est animal’, uel ‘si stertit, dormit’ et similia ; Petr. Helias p. 813.79-83 : Vide ergo quod coniunctio causalis et magis et minus communiter accipitur. Magis communiter accepta quinque species habet nam alia est continuatiua, alia subcontinuatiua, alia adiunctiua, alia effectiua, alia proprie causalis et hec est quam ‘minus communiter causalem’ diximus uocari

4 Harum...7,3 docebunt] Guill. Conch. f. 80va : Harum quinque specierum due prime, continuatiua scilicet et subcontinuatiua consequentiae necessitate absolute sunt ; Petr. Helias p. 813.84 : Harum autem quinque specierum due prime, continuatiua, scilicet, et subcontinuatiua, consequentiae necessitatem retinent. Tres uero reliquae ab omni consequentiae necessitate absolute sunt. Ait ergo quoniam continuatiuae sunt quae significant continuationem rerum, id est, rem rei continuari, unde et continuatiuae dicuntur. Sed quia continuatio inuenitur sepe non necessaria ut si dicas, ‘Si leges, doctus eris’, subiunxit ‘et consequentiam’, quasi diceret, continuatiuae ita significant rem rei continuari ut una res ab alia ex necessitate consequatur ut ‘si stertit, dormit’. Et uide quod hec descriptio continuatiuarum etiam subcontinuatiuis conuenire uidetur sed quod minus determinatur hic ut differant sequentia manifestabunt

Nota quoniam haec descriptio continuatiuarum etiam subcontinuatiuis conuenire uidetur, sed quod hic minus determinatur, sequentia docebunt.

Data diffinitione ponit exemplum, VT 'SI' ista coniunctio rerum consequentiam demonstrat quando EI GRAECAM coniunctionem SIGNIFICAT. Quare sic determinet subponit, QVANDO ENIM 'si' 'EAN' aliam Graecam coniunctionem significat, CAUSALIS EST coniunctio, illa scilicet quinta species quae necessitatem consequentiae non habet, ut cum dico 'si legas, doctus eris'.

SIMILITER 'SIVE', 'SIN', 'SEU' TAM CONTINUATIVAE SVNT QVAM CAUSALES. Non necessarie continuatiuae sunt, ut si dicam 'siue margarita sit siue hyacinthus, lapis est', et est hic necessitas consequentiae de margarita et hyacintho ad lapidem, et iterum 'si es homo, es sensibilis, sin autem es lapis, es inanimatus'. Quotiens enim 'sin' ista coniunctio in oratione ponitur, aliam orationem | praecessisse oportet cui 'sin' apponatur. Causales sunt, si dicam 'seu scribas seu legas, doctus eris'. Hic enim 'seu' nullam necessitatem significat.

XVI.2 (94.14)

Var. lect. 1 quoniam *F KM*] quomodo *I* quia *V* | etiam *I KMV*] *om. F*
3 sequentia *I KMV*] consequentia *F* **5** consequentiam *F IMV*] sequentiam *K*
demonstrat *F IKM*] demonstraret *V* | Graecam... 6 coniunctionem *I KMV*] *tr.*
F **6** sic *F KMV*] hic *I* **7** coniunctionem *I KMV*] *om. F* **8** quinta] est q. *K*
12 Non *F IKV*] nam *M* **13** est hic *I KMV*] *tr. F* **17** oportet *F IMV*] necesse
est *K* **18** apponatur *I KMV*] opponatur *F* | si] ut si *F*

LP&T 4 Data... 19 significat] Petr. Helias p. 814.94-8 : Illud potius attende quod auctor dicit scilicet, quod ista coniunctio 'si' rerum consequentiam demonstrat quando ei Graecam coniunctionem significat, id est quando significat ei. Quod quare sic determinet statim ostendit. Quando enim 'si' 'ean' illam, scilicet, Graecam coniunctionem significat, causalis est coniunctio illa, scilicet quinta species, quae necessitatem consequentiae non habet ut 'si legas, doctus eris'. Similiter 'siue', 'sin', 'seu' tam continuatiuae quam causales non necessarie. Continuatiuae sunt ut si dicam 'siue sis margarita siue iacinctus, es lapis' et est hic necessitas consequentiae de margarita et iacincto ad lapidem. Rursus 'sin' continuatiuae ponitur si dicas, 'si Socrates est homo, est sensibilis, sin autem est lapis, est inanimatus'. Quotiens enim 'sin' ista coniunctio in oratione ponitur aliam oportet praecessisse orationem cui 'sin' supponatur. Causales autem sunt ut si dicas, 'seu scribas seu legas, doctus eris'. Hic enim 'seu' nullam necessitatem consequentiae significat sed solam causam demonstrat

XVI.3 (94.15)

PROPRIE AVTEM. Quia dixerat easdem coniunctiones esse continuatiuas et causales, ponit differentiam.

XVI.3 (94.20)

ET HAE QUIDEM. Quia diffinitio continuatiuarum superius data etiam subcontinuatius conueniebat, uult hic determinare quod ibi minus dictum fuerat. Sic iunge. Continuatiuae ordinem rei praecedentis ad sequentem significant. Et hoc attendendum de illis quae significant QVALIS SIT ORDINATIO ET NATVRA RERVVM, id est quae res in illo ordine natae sint ut una posita altera necessitate consequatur. SIGNIFICANT, dico, CVM ALIQUA | DVBITATIONE ESSENTIAE RERVVM, quod est dicere, essentiam rerum non affirmant sed sub dubitatione et conditionaliter uno posito alterum consequi ostendunt. Qui enim dicit ‘si Socrates est homo, Socrates est animal’, Socratem nec hominem nec animal esse constituit, sed hac conditione dicit Socratem esse animal si fuerit homo.

5

I215vb

10

15

XVI.3 (94.22)

SVBCONTINVATIVAE VERO. Continuatiuae ordinem rerum significant cum dubitatione essentiae, subcontinuatuae uero ostendunt CONSEQVENTEM, id est conuenientem et necessariam,

2 *post differentiam] nota quod febris dicitur a feruore, unde dicitur ‘si febris uexatur, calet’ add. F (spectat ad XVI.3, 94.16)*

Var. lect. 1 easdem *F KMV]* quasdam *I* **3** superius...4 data *I KMV]* supradicta *F* **4** hic determinare *I KMV]* *tr. F* **6** ad sequentem *F I MV]* a sequente *K* | significant *I KMV]* significat *F* | hoc *F MV]* hic *I K* **9** necessitate *I KM]* ex n. *F V* | consequatur *I KMV]* sequatur *F* **10** essentiae *I KMV]* *om. F* essentiam *F I KV]* essentia *M* **11** uno...12 posito *I KMV]* in apposito *F* **12** consequi *I KMV]* sequi *F* | Qui *F I MV]* quod *K* **13** hominem...14 animal *I KMV]* *tr. F* **14** hac] sub hac *F* **16** Svbcontinvativae] *iter. I* Svbcontinvativae...Continuatiuae *F I]* subcontinuatua et continuatiua *K* subcontinuatua continuatio continuatiua *M* subcontinuatua etc. continuatiua *V* **17** significant *F I K]* significat *MV*

LP&T 10 quod...15 homo] Petr. Helias p. 815.14-18 : Quasi diceret, essentiam rerum non affirmant, sed sub dubitatione et condicionaliter, uno posito, alterum sequi ostendunt. Qui enim dicit ‘si Socrates est homo, Socrates est animal’, Socratem nec esse hominem nec esse animal constituit sed hac conditione dicit Socratem esse animal si ipse est homo **16** Continuatiuae... 9,3 faciebant] Petr. Helias p. 815.18-22 : Itaque continuatiue ordinem rerum significant cum dubitatione essentie. Subcontinuatue uero ostendunt consequentem, id est, conuenientem et necessariam causam continuationis, id est, rei continuatiue ad alterum non conditionalem sed cum essentia rerum quod continuatiue non faciebant

CAVSAM CONTINIVATIONIS, id est rei continuatae ad alteram, non conditionaliter sed CVM ESSENTIA RERVM, quod continuatiuae non faciebant. Causam continuationis dicit, quia omne antecedens, in hoc quod est antecedens, causa est consequentis.

5 VTRVMQVE ENIM. Exempli est approbatio, quasi dicat, uere in praemisso exemplo ‘quoniam’ ista coniunctio est subcontinuatiua, nam significat VTRVMQVE FIERI, id est
V89va | ambulationem et motum, conuenienti ORDINE, scilicet quod | ambulatio causa est ad quam motus ex necessitate sequatur.

XVI.3 (94.24)

10 Nota huiusmodi coniunctiones tali nomine conuenienter designari. Vt enim subcontrarias propositiones dicimus quae quasi contrariae sunt, sic continuatiuae subcontinuatiuis contrariae uidentur, et quodammodo a subcontinuatiuis differre

Prisc. 8 conuenienti] consequenti *Prisc.*

Var. lect. 2 conditionaliter *F I*] conditionalem *KM* | continuatiuae *F I*] subcontinuatiuae *KMV* 3 dicit *I KV*] dixit *F M* 4 antecedens¹ *I KM^{p.c.}V*] accidens *M^{a.c.}* | antecedens² *F I KV*] accidens *M* | causa est *F I KV*] *tr. M* 6 quoniam *F KMV*] quando *I* | est...7 subcontinuatiua *KMV*] e. continuatiua *I tr. F* 7 significat *F KMV*] significant *I* 9 causa est *I KMV*] *tr. F* 11 subcontrarias *I KMV*] subcontinuatiuas *F* | propositiones dicimus *I KMV*] *tr. F* prepositiones d. *V* 12 sunt...13 uidentur *F*] *om. (quasi per hom.) I KMV* 13 subcontinuatiuis *F*] continuatiuis *I KMV*

LP&T 3 Causam...4 consequentis] Petr. Helias p. 815.22-23 : Causam autem continuationis dicit quod omne antecedens in eo quod antecedens est, causa est consequentis 6 uere...9 sequatur] Guill. Conch. f. 81ra : Vere in praemisso exemplo ‘quoniam’ ista coniunctio est subcontinuatiua, quia significat id est significando demonstrat utrumque fieri, ambulationem et motum, conuenienti ordine sed ita quod ambulatio causa est ad quam motus (] motum *cod.*) ex necessitate sequitur ; Petr. Helias p. 815.24-27 : si dicas, ‘Quoniam ambulat, mouetur’. Hoc enim dicendo ponis ambulari et ita moueri. Significas itaque utrumque fieri, id est ambulationem et motum conuenienti ordine ita, scilicet, quod ambulatio causa est ad quam motus sequitur ex necessitate 10 Nota...10,2 demonstrant] Guill. Conch. f. 81ra : Nota huiusmodi coniunctiones tali nomine conuenienter designari. Vt enim subcontrarias propositiones dicimus quae quasi contrariis in inferentia sunt contrarie, eodem modo subcontinuatiuae a continuatiuis inueniuntur differre. Ille enim conditionaliter et dubitatiue ; Petr. Helias p. 815.27-32 : . Et uide quod huiusmodi coniunctiones dicuntur subcontinuatiuae. Vt enim dicimus in arte logica subcontrarias propositiones quae contrariis quoddammodo aduersantur, ita etiam et subcontinuatiuae quoddammodo aduersari continuatiuis inueniuntur. Ille enim condicionaliter et dubitatiue, iste uero per affirmationem rerum essentiam demonstrant

inueniuntur. Illae enim conditionaliter et dubitativae, istae per affirmationem rerum essentiam demonstrant.

XVI.3 (94.25)

QVIDAM TAMEN. Licet dixerim ‘si’ et ‘quia’ et ‘quoniam’ esse continuatiuas et subcontinuatiuas, tamen quidam dixerunt eas causales, et POSVERVNT INTER SPECIES CAUSALIVM 5 QVOMODO ADIVNCTIVAS ET EFFECTIVAS. Adiunctivae dicuntur coniunctiones quae subiunctivo adiunctae modo causam finalem non iam esse, sed ut sit, uel operatricem si sit, aliquid consequi non ex necessitate ostendunt. Vt si dicam ‘exerce te, ut sis sanus’, ‘ut’ ista coniunctio subiunctivo modo in hac 10 oratione adiungitur, et ostendit ut sit sanitas, quae finalis causa est exercitii. Rursus ‘si legas, doctus eris’, ‘si’ ista coniunctio subiunctivo modo | adiuncta ostendit causam operatricem, id est I216ra lectionem, non iam esse, sed si sit, ostendit consequi doctum fore non ex necessitate. Effectiva dicitur coniunctio quae 15 effectui per indicatiuum iuncta causam non necessario probare nititur, ut ‘legi nam doctus sum’. ‘Nam’ ista coniunctio iuncta cum ‘doctus’ probat causam, scilicet legisse, sed non est necessarium quod, quia aliquis doctus est, legerit. Potest enim aliquis doctus esse in mundanis negotiis etiamsi litteras non 20

Var. lect. 1 enim *F I V*] *om. KM* 4 quidam *I K M V*] quia *F* 5 eas causales *F I K*] e. esse c. *M tr. V* | causalivm *I K M V*] casualium *F* 6 ante adivnctivas] et *add. F* 7 adiunctae modo] *tr. V* | causam...8 finalem *I K M V*] *tr. F* 8 non iam *I K M V*] *tr. F* 11 finalis *I K M V*] *om. F* 14 non iam *I K M V*] *tr. F* | sed *F I K M*] et *V* | ostendit *I K M V*] *om. F* 15 fore *suppleui*] *om. F I K M V* 19 legerit *F I K V*] legitur *M* 20 mundanis negotiis *F I K V*] *tr. M*

LP&T 6 Adiunctivae... 15 necessitate] Petr. Helias p. 816.37-44 : causam finalem non iam esse sed ut sit, uel efficientem, si sit, aliquid consequi non ex necessitate ostendunt, uelut si dicam ‘exerce te, ut sis sanus’, ‘ut’ ista, scilicet, coniunctio subiunctivo modo in hac oratione adiungitur et debere exercitium precedere ut sit sanitas que finalis causa exercitii est ostendit. Rursus cum dicam ‘si legas, doctus eris’, hec coniunctio ‘si’ adiuncta (adiunctiva *Reilly*) subiunctivo modo ostendit causam efficientem, id esset, lectionem non iam esse sed, si sit, ostendit fore doctum sequi non ex necessitate 15 Effectiva... 19 legerit] Petr. Helias p. 816.45-48 : Effectiva coniunctio est illa que effectui per indicatiuum iuncta causam non necessario probare uidetur ut ‘Legi, nam doctus sum’. Ecce ista coniunctio ‘nam’ iuncta cum ‘doctus’ probat causam, scilicet, legisse, sed non est necessarium quod quia aliquis doctus est legerit

uidit. Nec irrationabiliter posuerunt supradictas coniunctiones inter species causalium. Nam per has continuatiuas et subcontinuatiuas et adiunctiuas et effectiuas ostenditur causa continuationis. Quod est dicere, unaquaeque de illis causam suam habet et ideo merito dicuntur causales.

K73va

ADIVNCTIONIS | ostenditur causa reddi in hac oratione ‘VT MOVEATVR, AMBVLAT’. Hic insiste. Videtur enim hic esse necessitas, scilicet si ambulat, ut moueatur, quod est contra legem adiunctiuarum. Sed sciendum quia motum saepe uocamus magnam corporis agitationem qualis solet fieri ad sanitatis reparationem. | Quod si taliter hic motum accipiamus, caret oratio omni necessitate. Non enim est necessarium qui ambulat ut moueatur, id est magno motu agitetur.

XVI.3 (95.4)

M109va

EFFECTIIONIS ostenditur causa cum dico ‘MOVETVR, AMBVLAT ENIM’. Solet turbare quomodo ‘enim’ ista coniunctio hic effectiua dicatur, cum ‘ambulat’, cui ipsa adiungitur, non

XVI.3 (95.5)

Var. lect. 1 uidit *IKM*] ualet *F* uidet *V* | posuerunt supradictas *F I KV*] *tr. M*
2 causalium *IKMV*] casualium *F* **3** causa] *iter. K* **4** continuationis] c. etc.
F **5** suam *IKMV*] *om. F* **11** sanitatis *IKMV*] salutis *F* **12** est necessarium *IKMV*] *tr. F* **13** ut] *tr. ante* qui *M* **16** effectiua *F I KV*] affectiua *M* | dicatur *F I MV*] *lac. fere 5 litt. K* | *ante non*] cum *iter. KM*

LP&T 6 Adiuinctionis...13 agitetur] Guill. Conch. fol 81ra : Adiuinctionis ostenditur causa reddi in hac oratione ‘ut moueatur, ambulat’. Hic insiste. Videtur enim hic esse necessitas, scilicet si ambulat, ut moueatur, quod est contra legem coniunctorum. Sed ad huius rei solutionem sciendum quod motum sepe uocamus magnam corporis exagitationem, qualis solet fieri ad sanitatis reparationem. Quod si taliter hic motum accipiamus, caret oratio omnino necessitate. Non enim necesse est ut qui ambulat moueatur id est magno motu agitetur ; Petr. Helias p. 816.49-55 : Et uide quoniam de adiuunctiuis ponit hoc exemplum, ut ‘mouetur, si ambulat’, ubi insistendum est. Videtur enim hic esse necessitas, si ambulat, ut moueatur, quod est contra proprietatem predictam adiunctiuarum. Super hoc dicebant antiqui quod motus sepe uocatur magna corporis qualis solet fieri ad sanitatis recuperationem (reparationem *Reilly*). Quod si taliter ‘motum’ accipiamus, caret omnino necessitate. Non enim est necessarium de illo qui ambulat ut moueatur, id est, magno motu agitetur **15** Solet...12,1 uideatur] Guill. Conch. fol 81ra : Hic queritur quomodo ista coniunctio ‘enim’ effectiua dicatur, cum ambulat cui ‘enim’ ipsa adiungitur non effectus sed (] s. n. e. *cod.*) causa esse uidetur ; Petr. Helias p. 816.61-817.63 : Solet plerosque mouere quomodo ista coniunctio ‘enim’ dicatur hic effectiua esse cum ‘ambulat’ cui ipsa adiungitur non effectus sed causa motus esse uideatur

effectus sed causa esse uideatur. Sed est uera ratio, Boetio in *Hypotheticis* eam ipsam attestante, quatinus omne genus materialis causa est suae speciei, quod si motus genus est et causa ambulationis, procul dubio | ambulatio species est et effectus mouendi.

I216rb

5

Hoc concesso maior dubitationis cumulus accidit. Nam cum ambulatio species sit mouendi, erit necessaria oratio quae dicit ‘ambulat, mouetur enim’, cum effectio nullam necessitatem habere debeat. Ad hoc autem breuiter respondebimus, quia licet ibi sit necessitas, minime tamen ad ipsam respicimus. Hoc quoque solum quod per effectum causa probatur sufficit intueri. Vel aliter. Dicimus enim moueri toto corpore agitari, ut superius, eritque ambulatio effectus, motus

F54rb

10

Fontes 2 Hypotheticis] cfr Boeth. syll. hyp. (PL 64) I col. 835^D : causa enim speciei genus est

Var. lect. 1 esse *I KMV*] om. *F* | uera *F KMV*] secunda *I* | Boetio *F I M^{a.c.}*] boetii *KM^{p.c.}* in b. *V* **3** materialis *F I KM*] materiale *V* | causa est *I KMV*] tr. *F* suae speciei *I KMV*] tr. *F* **4** ambulatio *F K*] ambulo *I MV* | est...5 effectus *I KMV*] et effectus est *F* **6** Hoc...7 mouendi *F I*] om. per hom. *KMV* | accidit *KMV*] accessit *F^{a.c.}* accrescit *F^{p.c.}* accedit *I* **8** ambulat...enim *F I KV*] mouetur enim ambulat enim *M* | effectio *F I KV*] affectio *M* **10** respondebimus *I KM*] respondemus *F R. V* | ibi sit *F KV*] tr. *I* | sit...12 enim *F I KV*] om. *M* **11** solum *F I V*] om. *K* **12** intueri *F I V*] tunc ueri *K* **13** ambulatio] et a. *F*

LP&T 1 ratio...5 mouendi] Guill. Conch. f. 81ra : Ad quod dicimus quod ut meminit Boetius in *Ypoteticis Syllogismis*, omne genus naturalis causa est sue speciei, sed motus genus est ambulationis, procul dubio species est et effectus mouendi ; Petr. Helias p. 817.63 : Sed quoniam motus genus est ambulationis, genus autem causa quedam est suarum specierum, satis rationabiliter ambulatio potest dici effectus quidam mouendi ; uide etiam Petr. Abael. logica nostrorum, de generibus, p. 512, 29 : Et in *Hypotheticis* dicitur : ‘Causa speciei genus est’ **6** Hoc...9 debeat] Petr. Helias p. 817.66 : Quod si opponas de ambulatione ad motum necessariam consequentiam esse quod contra effectuarum proprietatem est, dicemus quod licet ibi sit necessitas minime tamen ad uim effective coniunctionis respiciendum est sed hoc solum, quod per effectum ostenditur causa, quantum ad effectue coniunctionis proprietatem sufficit intueri **9** Ad...13,3 ambulat] Guill. Conch. f. 81ra : Ad hoc autem breuiter respondemus, quod licet ibi sit necessitas, minime tamen ab illa respicimus. Hoc solum sufficit intueri quod per effectum causa probatur. Vel aliter. Moueri dicimus toto corpore agitari ut superius, et erit hic ambulatio effectus, motus uero (] non *cod.*) finalis causa ambulandi, et erit sensus huius orationis ‘mouetur’, id est magna ui agitatur

uero finalis causa ambulandi. Et erit oratio non necessaria habens hunc sensum ‘mouetur, id est magna ui agitur, nam ambulat’.

EST AVTEM QVANDO ‘VT’ PRO οτι GRAECA coniunctione
 5 accipitur, et tunc nullam denotat causam, ut TERENTIVS etc. Istud respicere uidetur ad praemisum exemplum, ‘ut moueatur, ambulat’. Ibi enim ‘ut’ ista coniunctio finalem causam significat. Quando autem ‘ut’ pro οτι Graeca accipitur sub
 10 adiunctuarum specie clauditur, non ut causam aliquam significet, sed ob hoc tantum quia subiunctiuo modo adiungitur, quod est adiunctuarum.

SVNT ETIAM CAUSALES. Dixit quattuor species esse
 causalis, nunc supponit quintam, quae proprie causalis dicitur, quia causae per indicatiuum coniuncta effectum non necessario
 15 probat, ut ‘QVONIAM PRODEST TIBI, LEGE’. Proficuum enim est finalis causa lectionis. Et iterum ‘HEU, QVIANAM TANTI etc.’, ‘heu’ est effectus, ‘tanti nimbi cinxerunt aethera’ causa est doloris, et huic causae ista coniunctio adiungitur ‘quia’.

ET ‘QVAMOBREM DISCEDE’. Causam oportet praemittere
 V89vb cui ista coniunctio adiungatur, ut si dicam ‘habeo te odio, quamobrem’, id est quia habeo te odio, ‘discede’.

Fontes 16 heu...tanti] Verg. Aen. 5, 13 : quianam tanti cinxerunt aethera nimbi

Prisc. 16 heu qvianam] quianam *Prisc.* heu quianam *GLK Hertzii*

Var. lect. 1 non necessaria *F I V*] non nomina *K* necessaria *M* 2 agitur *I K M V*] agitur *F* 9 causam... 10 significet *F I K V*] a. s. c. *M* 10 hoc *I K M V*] *om. F* 11 est *F I M V*] *om. K* 12 causaes *I K M V*] casuales *F* | Dixit *I K M V*] dixi *F* 13 causalis¹ *K M V*] casualium *F* causaes *I* | nunc *I K M V*] *om. F* 14 coniuncta *I K M V*] coniuncte *F* | necessario... 15 probat *F I K M*] comprobat *V* 16 iterum *I K M V*] item *F* 17 nimbi *Prisc.*] non ibi *F I K lac. bi M* nam ibi *V* 18 huic *F I K V*] isti *M* | adiungitur *I K M V*] adiungatur *F* 21 discede *I K M V*] decede *F*

LP&T 5 et...11 adiunctuarum] Guill. Conch. f. 81ra : Ita quod nullam causam denotat. TERENTIVS etc. Exemplo probat istud uidetur respicere ad praemisum exemplum ‘ut moueatur, ambulat’. Ibi \enim/ ‘ut’ ista coniunctio finalem causam habet demonstrare... pro oti uero accipitur, sub adiunctua specie clauditur, non ut causam aliquam significet, sed hoc tantum quod subiunctiuo modo adiungitur, quod est adiunctuarum

XVI.4 (95.13)	CAUSALES IGITVR. Quia Apollonius causales diuidit in continuatiuas et alias quattuor species, IGITVR etc.	I216va
XVI.4 (95.15)	ADIVNCTIVAE. Hic in loco suo de adiunctiuis tractat. Superius enim propter similitudinem tantum eas apposuit.	
XVI.4 (95.16)	‘QVATINVS’ QVANDO INA GRAECAM CONIVNCTIONEM SIGNIFICAT. Potest enim uel duae partes intelligi ‘qua tenus’, uel pro οty Graeca accipi.	5
XVI.4 (95.17)	SIMILITER ‘CVM’ QVANDO’ επoν GRAECA INTELLIGITVR. Potest enim esse aduerbium temporis.	
	‘Dum, id est tantummodo, conderet urbem’. ‘QVATINVS ID’ aliquid oportet praecessisse, ut ‘da mihi librum, QVATINVS ID LIBENTER FACIAM’.	10
XVI.5 (95.22)	CVM, id est si, FACIAM VITVLAM.	
XVI.5 (95.23)	INVENIVNCTVR TAMEN. Vult dicere quia, cum omnes adiunctiuae causam ostendant, tamen aliae plus, aliae minus. Sic tamina. Licet ‘cum’ et ‘dum’ non adeo apertam causam designent, TAMEN INVENIVNCTVR QVAEDAM EX HIS supradictis adiunctiuis simul etiam CAUSALES, id est causam suam aperte ostendentes. ‘Simul’ dicit quia, licet suam causam aperte significant, remanent tamen adiunctiuae, quia subiunctiuo adiunguntur modo, et quandoque illae etiam eadem non ita aperte causam suam ostendunt, ut ‘EXERCEO TE VT SIS SANVS’.	15 20

Fontes 13 Cvm...vitvlam] Verg. ecl. 3, 77

Prisc. 5 Qvatinvs] quatenus Prisc. quatinus RDGK Hertzii 10 Qvatinvs]
quatenus Prisc. quatinus RDGLK Hertzii 17 qvaedam...his] ex his quaedam
Prisc. quaedam ex his G Hertzii 18 simul etiam] et Prisc. simul et BDHGLK
Hertzii

Var. lect. 2 igitvr etc I KMV] non legitur F 3 post Adivnctivae] SVNT hab. F
4 eas apposuit I KMV] tr. F 5 Qvatinvs I] iter. I quatenus V 6 qua tenus I V]
quatinus F KM 10 conderet I MV] concederet F adheret K | Qvatinvs F I KM]
quatenus V 12 id I KMV] hoc F 16 tamina F^{p.c.} I V] continua F^{a.c.} KM
apertam I KMV] expertam F 17 his F I KV] om. M 18 simul I KMV] similes
F 19 suam...aperte I] a. c. s. F c. a. K c. s. a. M s. c. apertam V
20 subiunctiuo...21 adiunguntur I KMV] subiunguntur F 21 et I KMV] etiam
F | illae etiam I KV] tr. M F

Hic aperte sanitas ostenditur finalis causa exercitii. Et ‘si legas, doctus eris’, lectio operatrix causa est doctrinae operatae. ‘SI VENIAS, FACIAM’, hic non ita apertam causam habemus. Et ita uidemus quia ‘si’ ista coniunctio quandoque apertam, quandoque non apertam causam significat. ‘Cum’ autem et ‘dum’ numquam apertam ostendunt causam, quae licet sint adiunctivae et ideo causales quodammodo dicantur, non tamen dicuntur illae causales quae causam suam manifestant.

ET HOC INTEREST. Quia dixerat quasdam adiunctivas causales esse, ne quis putet illas adiunctivas | causales quintae speciei supponi, quae proprie causalis dicitur, quia per causam

Var. lect. 2 causa est *F KMV* tr. *I* | operatae *I KMV* aperta *F 6* ostendunt causam *F I KV* tr. *M* | quae *F I V* quia *KM* | post licet] et add. *K 7* adiunctivae *F IMV* adiectivae *K 9* hoc *F IMV* om. *K* | Quia *F IMV* cum *K 10* putet *F IMV* putaret *K* | post adiunctivas] coniunctiones add. *F* causales² *F I V* causalis *KM 11* proprie *I KMV* propria *F*

